

DOMINGO DE SEPTUAGESIMA.

EVANGELIO.

Continuacion del Evangelio segun san Mateo (xx, 1-16)

En aquel tiempo, propusó Jesus a sus discipulos esta parábola: El reyno de los cielos es semejante á un padre de familia que salió muy de mañana á tomar jornaleros para su viña. Y hecho el ajuste con ellos en un denario por día, les envió á su viña. Y habiendo salido cerca de la hora tercera, vió otros que estaban ociosos en la plaza, y les dijo: Id tambien vosotros á mi viña, y os daré lo que fuere justo; y ellos fueron. Volvió á salir cerca de la hora sexta y nona, é hizo lo mismo. Y cerca de la undecima salió y encontró otros que estaban allí, y les dijo: ¿Como estais aqui ociosos todo el día? Dijeronle: porque nadie nos ha tomado á jornal. Dijóles: Id tambien vosotros á mi viña. Y habiendo llegado la tarde, dijo el señor de la viña á su majordomo: Llama á los obreros y págalos el jornal, empezando desde los ultimos hasta los primeros. Viendo pues los que habian ido cerca de la hora undecima recibieron cada uno un denario, y viniendo los primeros pensaron recibir mas; pero recibio cada uno sino un denario. Y cuando los recibian, murmuraban contra el padre de familia diciendo:

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum (xx, 1-16).

In illo tempore, dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, et dixit illis: Ite et vos in vineam meam, et quod justum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam et nonam horam; et fecit similiter. Circa undecimam vero exiit, et invenit alios stantes, et dicit illis: Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite et vos in vineam meam. Quum sero autem factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, et redde illis mercedem incipiens a novissimis usque ad primos. Quum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem et primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt autem et

ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant adversus patrem familias, dicentes: hi novissimi unâ horâ fecerunt, et pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei et æstus. At ille respondens uni eorum dixit: Amice, non facio tibi injuriam: nonne ex denario convenisti mecum? Tolle quod tuum est, et vade: volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi. An non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt novissimi primi et primi novissimi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

estos ultimos han trabajado una hora, y los hos hecho iguales á nosotros, que hemos llevado el peso del día y del calor. Y respondiendo él á uno de ellos, dijo: Amigo, no te hajo injuria: ¿Por ventura no conveniste conmigo á un denario? toma lo que es tuyo y marchate. Yo quiero dar á este ultimo tanto como á ti. ¿No me es licito hacer lo que quiero? o tu ojo es malo por que yo soy bueno? Asi los primeros seran los ultimos, y los ultimos los primeros; porque muchos son los llamados, mas pocos los escogidos!

PRIMER DISCURSO.

La viña del Padre de familia.

I. Cual ser esta viña. — II. Necesidad de que la cultivemos. — III. Cultivo que hay quedarle.

Si las mas insignificantes comparaciones, si aun la mas breve palabra salida de labios de Señor encierra en si numerosas é importantes lecciones, juzguemos de ahí cuantas enseñanzas no contendrá la parábola que acabais de oír leer, y cuya extension es relativamente larga ¹. Por eso, mas bien que entrar en detalles en que

1. Propositio quam Dominus per parabolam demonstrare intendit: *Multi erunt primi novissimi, et novissimi primi*, cum possit duplici modo intelligi, inde fit ut duplex detur parabolæ interpretatio. — Juxta interpretationem primam, scopus Domini est ostendere quomodo, in die judicii, Judæi increduli futuri sint *novissimi*, i. e. damnati; et Gentiles ad

no podria menos de extenderme demasiado, aun cuando no pasase de generalidades propongome deciros en esta mañana, circunstancia-

fidem conversi *primi*, i. e. salvi; atque ita, fore ut *primi* sint *novissimi* et *novissimi* *primi*. *Judæi* enim, qui dudum ac peculiari gratia a Deo fuere vocati, *primas* in hoc mundo tenere visi sunt; e contra, *Gentiles*, revelationis lumine orbat, *postremas* tenuerunt. — Juxta interpretationem alteram, *parabolæ* scopus est ut declaretur *servorum* Dei mercedem non tam proportionatam fore tempori quam fervori quo Domino servierint: adeo ut *primi* futuri *novissimi* intelligendi sint *primi in ordine*, *ultimi in merito ac præmio*; seu illi, qui diutius quidem laborarunt, sed parcius remunerabuntur; — et ut *novissimi* futuri *primi*, sint *ultimi in ordine*, *primi in merito ac mercede*: seu illi sint, qui brevius quidem, sed melius laborarunt, et propterea uberius remunerabuntur. — Ad partes *parabolæ* quod attinet, hæc summam statui possunt: 1º *paterfamilias* est vel Deus pater, qui ut Christus dicit, *agricola est*; Joan. xv, 1; vel est ipse Christus, qui in hunc mundum velut in forum exivit, ut operarios in vineam suam conduceret. — 2º *Dies*, cujus primo mane *paterfamilias* exivit, et cujus vespere mercedem operariis solvit, est vel totum tempus ab initio usque ad finem mundi, vel uniuscujusque hominis vita, ab adolescentia usque ad mortem. — 3º *Vinea* est, vel Ecclesia, et singulæ ejus provinciæ atque parochiæ; vel totum humanum genus, Christi sanguine redemptum; vel uniuscujusque anima. — 4º *Diversæ horæ* sunt, vel variæ mundi ætates, ab Adam usque ad Noe, a Noe usque ad Abraham, ad Abraham usque ad Moysen, a Moysen usque ad Christum, a Christo usque ad finem mundi sese protendentes; vel sunt diversæ cujusque hominis ætates, infantia, pubertas, juvenus, ætas virilis, senectus. — 5º *Forum*, est totus mundus quatenus extra Ecclesiam est; vel etiam quilibet locus aut status, in quo homines sunt sive otiosi, sive sæcularibus negotiis occupati. — 6º *Denarius*, qui idem omnibus datur, est vita æterna. — 7º *Vespera diei*, quando denarius solvitur, est finis mundi et ultimi judicii dies; vel, quod in idem recidit, dies mortis et judicii hominis cujusque. — 8º *Mercedis solutio* incipiens ab iis qui ultimi venerunt, significat *novissimos præferri*, et constitui *primos*, quia amplius laboraverunt una vel paucis horis, quam alii tota die (SCHOUPE, *Evang. illustr. dom. in Septug.*). — *Lecciones que se nos dan en esta parabola*. In primer lugar nos da à conocer: *la grandeza del destino del hombre*. 1º es el hombre el *jornalero* llamado a trabajar à la viña del padre de familia; 2º *la viña* es la Iglesia catolica; 3º el *trabajo* que es preciso ejecutar, la vida cristiana conforme à los preceptos del evangelio; el *trabajo* en mancomun, en el que cada cual tiene que hacer lo que le corresponde es la obligacion

damente cual sea la viña figurada en nuestra parabola, demostramos à continuacion la necesidad en que estamos de cultivarla y ex-

que cada uno de nosotros tiene de trabajar, segun su vocacion para el bien general de la sociedad y de la Iglesia: *Simile est etc.* — II *El modo como debe el hombre responder à su destino*. Debemos 1º seguir à la voz que nos llama, a) *inmediatamente* sin dejarlo para mañana: tal vez sea esta la ultima vez que se nos llame: *et illi abierunt*, b) *con jubilo*; tratase de nuestra felicidad eterna; c) *con valor*; la jornada es corta, la eterna recompensa es infinita. 2º Aplicandonos al trabajo con ardor... a) *plantando* las cepas de las cristianas virtudes; b) *regandolas*. — atrayendo por medio de nuestras oraciones los bien hechoras lluvias de la gracia; c) *extirpando* las malas yerbas, las inclinaciones pecaminosas etc.; d) *trajando* con tanto mayor ardor cuanto mas tarde hayamos comenzado. 3º *Perseverando hasta el fin*.... a) no parandose jamas, ni suspendiendo el trabajo; b) no temiendo el cansancio, ni la fuerza del dia ni del calor; c) no dejando de trabajar sino cuando el padre de familia nos llame para darnos la recompensa. — III. La recompensa que nos aguarda. 1º es certissima para todos los que trabajaron bien. 2º Supera con creces la que merecido hayamos; es obra de gracia y misericordia. 3º Es tanto mas preciosa cuanto que solo se concede a un corto numero: *pauci sunt electi* « Dehaut, *el Evangelio explicado*. 2º parag. sec. 5, § 97 » — *La salvacion*. I. Dios desea ardientemente nuestra salvacion. 1º Quiere nuestra salvacion como padre: *simile est regnum cælorum patrifamilias*. — 2º Envianos jornaleros para trabajar: *exiit primo mane conducere operarios*. Sus jornaleros son: el primero, su proprio Hijo que descendió à la tierra para rescatar nuestra alma, desembarazar de obstaculos su camino por medio de sus trabajos, su doctrina y ejemplos, regandola con su propria sangre, para purificarla; el segundo, es el Espiritu santo, que vino à sembrar en el campo de nuestro corazon sus dones y toda classe de virtudes; vino à regarla, abrasarla y fecundizarla; los terceros son los apóstoles y buenos sacerdotes, predicadores y confesores: *exiit primo mane conducere operarios*...; *ite in vineam meam*. — 3º Para animar a sus jornaleros a que trabajen con ardor en la salvacion de las almas, prometeles una gran recompensa: *ite in vineam meam et quod justum fuerit dabo vobis*. 4º Este buen padre cuida con la major ternura de nuestra alma en todo tiempo, a toda hora y continuamente, *exiit primo mane, circa horam tertiam... circa horam sextam*, etc. con semejante conducta danos Dios à entender con que ardor desea nuestra salvacion. Pero nosotros no queremos salvarnos. II. Es preciso que queramos sincera y eficazmente nuestra salvacion. Para ello, 1º es necesario no permanecer ociosos: *quid hic statis tota die*

plicaros por ultimo que clase de cultivo habeis de emplear en la misma.

I. — *De que viña se trata.* Comprendeis sin duda y por eso no me detengo en ello, que el Padre de familia es nuestro señor Jesucristo. Con justicia tomó dicho nombre puesque verdaderamente es el Padre de toda la familia humana, que nos gobierna, y atiende à nuestras necesidades con tal que como hijos sumisos trabajemos bajó sus ordenes ó conforme à sus mandamientos ¹.

otiosi? La salvacion exige de nuestra parte grandes trabajos. 2º Es necesario que trabajemos en todas las edades de nuestra vida, *primo mane* desde la primera edad, *circa horam tertiam*, etc. y no dejar dicho asunto como generalmente acontece, para la vejez, *tempore messis*. 3º Es preciso ser infatigables en el trabajo *portavimus pondus dici et wstus*; sin cansarnos jamas, es necesario hacernos violencia. 4º Con valor y confianza, en vista de la gran recompensa que nos está prometida y que no será concedida sino à aquellos que trabajaren bien: *voca operarios et redde illis mercedem. Unusquisque*, dice el apostol, *mercedem accipiet propriam secundum suum laborem.* I Corinth, III, Nuev. planes. Gaume, Paris, 1868.

1. *Homini patrifamilias.* Paterfamilias dicitur, qui ex certa prudentia et legibus œconomicis disponit omnia, quæ spectant ad augendam rem domesticam, et conservandam. Hujus nomine significatur Deus, tum propter bonitatem nativam animumque in genus mortalium propensissimum, atque plusquam paternum tum propter curam et gubernationem orbis. Is enim non minus sedulam suorum electorum et domesticorum curam gerit, quam paterfamilias suorum liberorum. Paterfamilias suis providet, suis consulit, quid agendum, quid vero fugiendum; recta educatione suos instituit, omnes ad cultum pietatis et justitiæ conatur adducere; improbis filiis non tam irascitur, quam condonat veniam; et studet pro viribus suam familiam pace et tranquillitate favere. Pater cœlestis ab exordio creationis mundi sua providentia gubernavit totum terrarum orbem sibi devinctum, inspiravit hominibus cognitionem boni et mali, ut hoc vitaret, illud vero prosequeretur, dedit suis primis filiis, Judæis scilicet, legem sanctam et justam, qua incitarentur ad bonum, et a vitio sibi præcaverent; omnes, quantum est ex se, ad colendam suam vineam vocare voluit, propensioem se manifestavit ad parcendum quam ad puniendum; pacem misit in terram, scilicet suum Filium, qui nos ad mutuam charitatem cohortatus est. Voluit ergo Dominus per patremfamilias Deum patrem intelligi, qui etsi Dominus omnium absolutus existat, respectu tamen fidelium, qui sunt ejus domestici, paterfamilias dic

Pero la viña à que el divino Padre de familia envia à trabajar à todos los que en la plaza publica encuentra esto es, à todos los que en mundo están. ¿cual es? pues bien, escuchadlo atentamente,

dignatur. Et est domus ejus mundus totus, in quo tres habet familias, sive trinam familiam, videlicet filiorum beatorum omnium, tam angelorum, quam hominum; militum qui in terris pugnant continue, Job, vii; *Militia enim est vita hominis super terram*; et servorum mancipiorum, et in carcerem detrusorum, et hi sunt damnati angeli et homines. Hic enim est ille paterfamilias, de quo dicitur, quod plantavit vineam, Matth. xxi; et qui fecit nuptias, et hominem non vestitum veste nuptiali ligari fecit et in tenebras projici, Luc. xiii; et qui rationem posuit cum servis suis, Luc. xiv; qui denique electos, quos condidit in mundo quasi subjectos in domo gubernat, juxta illud Baruch, iii: *O Israel! quam magna est domus Dei tui, et ingens locus possessionis ejus!* Et in Deuteronomio. xxxii: *Nonne ipse est Pater tuus, qui possedit, fecit et creavit te?* Diligis omnia, quæ sunt, et nihil eorum odisti, quæ fecisti. Nec enim odiens aliquid fecisti aut constituisti, Sapiente teste, Sap. xi: *Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses?* Aut quod a te vocatum non esset, conservaretur? Ut dicit Sapiens, Sap. xii: *Tu autem, dominator virtutis, cum tranquillitate judicas, et cum magna reverentia disponis nos: subest enim tibi, cum volueris, posse...* Advertendum est, quod non ait, simile est regnum cœlorum regi, aut imperatori, sed patri: ut noverimus, quæ nobis a Deo præcipiuntur, tanquam a patre præcipi; nihilque tyrannicum ejus continere præcepta, sed omnia nobis tanquam piissimum patrem distribuere, omniaque in utilitatem filiorum dirigere. Non igitur fingas laboris plena esse præcepta. Ama Patrem, et omnia facile adimplebis. Ama Christum, et omnia tibi erunt suavia. Dilige Deum, et omnis labor tibi jucundus erit, Matth. xi: *Suave namque jugum Domini est, et onus leve.* Imo et amanti nihil est difficile. Non quasi nos dilexerimus Deum; inquit beatus Joannes, Joan. iv; sed quoniam ipse prior dilexit nos, et misit Filium suum propitiatorem pro peccatis nostris. Hæc est enim charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus; et mandata ejus graviora non sunt, inquit beatus Joannes, I. Joan, v: *Mandata nempe ejus graviora non sunt*; siquidem qui vere amat onus, reputat leve, et illi est jugum suave. Pater etiam cum sit, graviora filiis non injungit, sed omnia plena dilectionis et charitatis suavia sunt et dulcia, prout David, Ps. cxviii, canit, dicens: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo, mandatis tuis intellexi.* A mandatis igitur tuis intellexi, quod graviora non sunt, sed dulcia eloquia tua, præceptum suave, et onus leve, dummodo vera charitas adsit (EISENGREIN, *Postilla Cath. dom. Sept.*).

esta viña es nuestra alma. Tal es la interpretacion que dá à este pasage son Basilio, adoptada por todos las comentaristas¹. Llame

1. Esa interpretacion, no es exclusiva ; por el contrario hay otras muchas cuyas dos principales son bastante bien expresadas por Eisengrein, del modo siguiente (*Postilla cath. dom. Sept.*) : *In vineam suam*. Chrysostomus per hanc vineam justitiam vult intelligi, ut virtus generalis est, in qua cum operamur, vineam Domini colimus ; et id agimus, cum bonum aliquod, cujuscumque generis sit, operamur. Tunc enim juste agimus, cum boni aliquid efficimus. Gregorius vero et Augustinus per vineam Domini, Ecclesiam militantem intelligunt, sicut in sacris litteris tum veteris tum novi testamenti accipi solet ; ut Isaias, cap. v, dicit : *Vineam Domini exercituum domus Israel*. Et Jeremias, c. xii : *Pastores multi demoliti sunt vineam meam*. Item Ezechiel, c. xvii : *Crevit in vineam latiore*. Item Matthæus, c. xxi : *Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam*. Et in Apocalypsi, c. xiv : *Misit angelus falcem suam, et vindemiavit vineam*. Vineam ergo Domini exercituum domus Israel est : viri Juda, germen ejus delectabile : ne putaretur ante legem non fuisse, ut ait Psalmista, Ps. lxxix : *Vineam de Ægypto transtulisti, et plantasti eam*. Hanc ob malitiam agricolarum, qui hæredem occiderunt, aliis locavit. Ut enim vinea fertilis jucundissimos fructus producit, ita et Christi Ecclesia. Atque ut ramos quosdam habet aridos, ita et in Ecclesiæ corpore est invenire membra quædam arida. Hujus enim vineæ unica est vitis Christus Jesus, cujus tot sunt palmites, quot sunt christiani, juxta illud Joannis, c. xv : *Ego sum vitis, et vos palmites, quorum quidam viti uniti sunt ; sed tamen vitis humore non vivunt, qui neque fructum ferre possunt : hi sunt christiani in peccato mortali existentes, qui nisi denuo vivificentur per gratiam sacramenti pœnitentiæ recuperatam, excidentur et in ignem mittentur*. Quidam vero jam abscisi sunt, sed nondum in fasciculos collecti et in ignem missi ; et sunt hæretici et schismatici. Alii vero sunt, qui et viti uniti sunt, et ex humore ejus vivunt ; et hi plurimum et optimum fructum afferunt, ut christiani in gratia existentes, de quibus ait vitis ipsa, Joan. xv : *Qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum*. Hanc vineam colunt, qui ejus amore mandata ejus servant ; quo fit, ut ipsa vitis per obedientiam impinguetur, qua summopere delectatur, ut palmites omnes doctrina et exemplo colantur, et, si emortui sint, ad vitam revocentur ; si vero viventes existant, ad proferendos fructus plurimum juventur : quanquam Gregorius non immerito dicat, operarios proprie hoc loco prælatos et doctores significari, qui in omni mundi ætate, ad erudiendam fidelium plebem missi fuerunt. — Con-

sin embargo Jesu Cristo la viña de nuestra alma, su viña con muchisima razon. Pues el es, en efecto quien la ha plantado, es decir creado, como lo dice Dios por medio del profeta Jeremias : *yo mismo soy quien por mi la he plantado*.

*Como viña escogida*¹. Y no solo pertenece à Dios la viña de nuestra alma por ser el quien la ha plantado, sino que le pertenece tambien por haberla rescatado. Dicha viña, en efecto, le habia sido arrebatada por el demonio su enemigo ; pero le es tan cara que quiso volver à poseerla, y para ello dió no oro ni plata, sino su propia sangre y vida. Y una vez que la recobró, plantó en ella, por medio del bautismo, la raiz de las virtudes cristianas, y esparció para que germinaran el rocío de sus gracias. La viña de nuestra alma pertenece por tanto á Dios mas que à nosotros mismos.

Pertenece à Dios á titulo de propietario mientras que à nosotros no nos pertenece sino como depositarios. Nos pertenece en cierto modo lo mismo que los hijos à sus padres pertenecen. Perte-

ducere operarios in vineam suam. Operatio in vinea seu vineæ cultura, operum genera indicat quæ Dominus requirit a nobis ; ideoque variæ hic circumstantiæ sunt perpendendæ. — 1º Vineam Domini quænam significatur ? -1) Respectu cujuslibet superioris, vinea, seu pars vineæ Domini ipsi demandata, sunt subditi ejus, et munus totum ei incumbens. -2) Respectu cujuslibet hominis privati, est ipsius anima. — 2º Quare animæ vinea Domini appellantur ? -1) Quia a Domino velut plantatæ sunt tanquam lignum fructiferum, ad producendum fructum nobilissimum uvarum, adeoque ad dandum vinum, quod est symbolum virtutis, et amoris divini. -2) Quia fructum suum ad instar vitis producunt, alligatæ ad palum crucis, rore gratiæ, et Spiritus sancti calore adjutæ, etc. — 3º Quare hæc vinea est excolenda ? 1) Quia secus non proferret fructum, quem Dominus merito requirit : *Quid est quod debui ultra facere vineæ meæ, et non feci ei ? An quod exspectavi ut faceret uvas, et fecit labruscas ?* Is. v, 4. Cf. præced. et seq. -2) Quia secus est lignum inutile, et igni tradendum : *Quid fiet de ligno vitis, ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna silvarum ? Numquid fabricabitur de ea paxillus ?... Ecce igni datum est* (lignum vitis) *in escam*. Ezech. xv, 2. — 4º Quomodo excolenda ? Faciendo ea quæ bonus vinitor facere consuevit ; vineam nempe custodit ab incursu animalium, sepe vel muro circumdando ; eam putat, eam sarrit, a noxiis herbis purgando, etc. (SCHOUPE, *Evang. illustr. dom. Septuag.*).

1. Jer. ii, 21.

necenos como pertenecen à los servidores de una y otra parabola los talentos que su señor los confiria y de los que túvieron que dar estrecha cuenta.

Pues bien, decimos que Dios planta en nuestra alma por medio del bautismo la raiz de las cristianas virtudes, del mismo modo que el hortelano planta en su huerto las cepas de diferentes clases, y lo que el hortelano no puede hacer, siegala, para que germine, con las aguas de su gracia. A eso se limita la accion de Dios, pues quiere que la que ha plantado y segado lo cultivemos sin cesar. De tal modo se conduce con nosotros respecto de nuestra alma, igual que con respecto à nuestros campos: para aquella como para estos, nos proporciona las simientes y el riego; pero deja à nuestro propio cuidado é iniciativa el cultivo, para que por medio de nuestros esfuerzos se produzcan los frutos, y nos quepa el honor de contribuir algo por nuestra parte en la consecucion de lo que nos hace falta aca abajo, para subsistir y tambien en aquellos otros frutos que constituyen el tesoro espiritual, à cambio del cual nos ha de dar Dios el cielo. Oigamos pues como nos demuestra san Juan Crisostomo la

II. *Necessidad en que nos hallamos de cultivar la viña de nuestra alma.* No podemos contemplar à sangre fria, dice este ilustre orador, una casa cayendose de vejez ó hundiendose con estrépito, à consecuencia de los tormentos, y nos apresaramos ó levantarla. Respectó à nuestra alma nos sucede todo lo contrario, no nos cuidamos para nada de ella y aun cuando contemplemos removidos sus cimientos, amenazar ruina sus paredes ó techumbre, ese aspecto lo miramos y vemos con indiferencia. Si tenemos animales à nuestro servicio, no dejamos de llamar al albeitar ó à hombres de arte, en lo que à curar sus enfermedades se refiere. Cuidamos nosotros mismos de ellos y advertimos à los que en esos cuidados nos reemplazan, de que no obren temerariamente respecto à los mismos, como suele suceder, que no les carguen con fardos demasiado pesados, que no los saquen de noche à una hora intempestiva, y que no les cambien los alimentos que les estan prescriptos. Muchas son las razones que nos hacen considerar à dichos animales como en extremo utiles, y

respecto à nuestra alma no hallamos nunca motivo suficiente para ocuparnos de la misma! Mas ¿Que digo? ¿Porque he de hablar de los animales que nos son utiles? Cuantas personas hay que tienen pajaros que no les reporten ninguna utilidad, que no sirven todo lo mas sino para procurarles alguna distraccion, y que sin embargo hacen por los mismos infinidad de leyes, y nada dejan pasar, nada olvidan respecto à ellos, en una palabra, tienen mucho mas celo en la concerniente à dichos animales que respecto de su alma. De este modo es como nos rebajamos à cuanto nos rodea. Si alguien nos injuriase, nos affigiriamos, y sin embargo, ejecutamos con nosotros mismos no solo de palabra sino de obra los mayores ultrajes. Menos cuidado mostramos respecto à nuestra alma que con los animales domesticos y consideramos este modo de proceder, como si nada tuviera de grave ni de criminal. Oh! y cuan gran verdad es que nos hallamos aqui bajo rodeados de tinieblas! Un hombre que posee perros de caza tiene cuidado de que no les den demasiado de comer, para que esten ligeros y puedan correr mas facilmente y esten aptos para coger las piezas y perseguirlas. Pero el tal hombre muchas veces no se cuida de si, y no evita una crapulosa existencia. Quiere que viles animales vivan con temperancia y el mismo es à veces victima de los mas groseros vicios. Es un enigma, me direis, y ¿donde habeis visto vos vivir con temperancia à los animales? ¿Mas, no habeis advertido que cuando los perros de caza acosan su presa una vez muerta está, se guardan muy bien de destrozarla, à pesar del hambre que tienen y esperan la llegada de su amo? Entrad pues en vuestro interior y sirvaos la leccion que os dan unos irracionales, despues de lo que no hallareis excusa alguna por disculparos. No esta en ello efectivamente el resultado de su modo de ser sino de la educacion y cuidados que los hombres por ellos se tomaron. ¿Y si de tal modo puede educarse à animales faltos de razon, como es que no podeis educaros vosotros mismos? Obligaisme à recurrir à estas comparaciones, pues si de cosas celestiales os hablaré, me diriais que no están à nuestro alcance; si os citase à san Pablo, me diriais que fue un Apostol; si os citase à un hombre cualquiera, diriaisme que supó hacer lo que